







1773, 57

111

12

PROCANCELLARIVS  
D. TRAVGOTT THOMASIVS

HEREDITARIVS IN ABTNAVENDORF  
FAC. IVR. LIPS. SENIOR

SOLEMNIA INAVGVRALIA  
PRAENOBILISSIMI CANDIDATI  
PHILIPPI HENRICI LASTROPII


P. 265

HAMBVRGENSIS  
DIE IV. NOVEMBR. MDCCLXXIII.  
PVBLICE CELEBRANDA

I N D I C I T.

THEMA

*De Mercatorum priuilegiis.*



PROGNOSTICATA RIVS  
L. FAYGOTT TEGMANNIS  
SOCIETATE LAYOVKALIA  
THEORIE  
D. D. I. T.







§. I.



Vtilitatem Reipublicae per *Commercia* maxime *Mercatores* promoueri, nemo erit, qui facile in du- *proximi sunt* bium vocabit. Cum enim defectibus sin- *post Nobiles.* gularum ciuium per permutationem mer- cium consulatur, maximum inde emolu- mentum in ciuitatem redundat. Merito itaque *mercatoribus* singularis honor, et proximus post nobilitatem et honoribus academicis ornatos gradus attri- buitur, immo in quibusdam Rebuspublicis aequali cum eis prosequuntur dignitate.

§. II.

Romani equidem mercaturam ab artibus liberalibus *Quid apud* ab initio suae Reipublicae excluderant, quia ex instituto *Romanos?* Romuli sola militia et agricultura homini libero digna re- *Quod Nobiles* putata, mercatura vero et opificium artes seruis relictae *fieri possint* fuerant, adeo, vt institutis licet, crescente in mari com- *mercatores,* mercio, societatibus nauticae negotiationis, aliquid *affirmatur.* *sordi-*



## IV

di tamen , et libero homine *indecori ac inhonesti* inhaerere mercaturae, statuisse, quidam ICti colligunt ex l. 3. C. de commerc. IV. 63. l. vn. C. Negotiatores ne militent. XII. 35. l. 6. C. de dignitatibus. XII. 1. et l. 8. §. 1. D. de vacatione munerum, L. 5. Sed si has leges ad libram veritatis expendimus, nullam mercatoribus maculam contra honestatem inuri, cernimus. Nam in l. 3. monopoli potius prohibent HONORIVS et THEODOSIVS Imperatores, quam vt mercaturam nobilibus, vt ignominiosam interdican. Et in lege citata Negotiatores, non arcentur mercatores a militia, quia negotium iniustum, sed reuera, quia negotium militiae impedimento est. Immo licet in l. 6. de dignit. mercatoribus denegetur aditus ad dignitates Senatorii Ordinis, neutiquam tamen ab aliis honoribus excludantur, vel pro leuis notae macula declarantur. Vt taceam legem 8. §. 1. loqui de causis iustis excusationis a tutelis aliisque muneribus publicis, et nullum locum statuit mercaturae. Non autem, quasi inhonestum negotium sit et nobilitati deroget, ac fordidi quid ei inhaereat, excludit a tutelae excusatione, sed quia tali privilegio non gaudet mercatura, vt excuset a muneribus publicis.

## §. III.

*Quid de Iure  
Canonico?*

Si oculos nostros *ad Iuris Canonici* tradita conuertimus, inuenimus quasdam sanctiones, quae mercatoribus fauorem minime conciliant. Exprobrant enim eis, quod lucellum iniustum quaerant, vanitates exercean, periuria et mendacia faciant, res periculi plenas suscipiant, alios decipiant, et quae sunt alia huius farinae plura. Quocirca Clericis et monachis interdicta est negotiatio, Can. 1. et 13. dist. 88. nec tutoribus permittitur, pecuniam



caniam pupilli mercatoribus in depositum dare, Can. 2. de poenitent. dist. 5. Verum enim vero, quis status hominum, quae societas tanta felicitate gaudet, ut nullum membrum habeat putidum et abominandum, vnius autem delictum toti ordini imputari nequit. Sane video nullum factum iniustum committere eum, qui sibi rem vili pretio comparat, ut alteri carius vendat. Opera enim, in alterius commodum adhibita, omnino redhostimentum meretur, nec turpis quaestus is vocari potest, quem quis iure meritoque pro cura sua et labore percipit. Et arca- na quaedam ratio politica Pontificatus in prohibita Can. 1. dist. 88. Clericis negotiatione, ne scilicet ad fora secularia trahantur, latet, quae toti mercatorum ordini nul- lum dedecus attribuere valet. Absolum autem quam maxime est, si quidam Icti Can. 2. dist. 5. de poenit. eo torquent, quasi prohibitum sit pecuniae pupillaris mu- tuum mercatori dare, quia res periculi plenas susciperet, cum tamen in hoc canone saltem disponatur, quod etiam mercator feram poenitentiam agere debeat, quia pericu- lum adest, quod inter emtorem et venditorem peccatum interuenerit.

## §. IV.

Maiores nostri mercaturae maiorem attribuerunt honorem. Licet enim nobiles in medio aeuo militiae et venationi vnice operam dederint, alias artes, inprimis quaestum facientes, flocci pendentes, ab eo tamen tem- pore, quo vrbes ab Henrico I. Imperatore aedificatae, ci- uibus commerciorum exercitium demandatum, idque va- riis ornatu privilegiis et praerogatiuis fuit. Quae se- praesertim fundant in facultate proprium collegium insti- tuendi; statuta de rebus mercaturae condendi, in foro

*Apud Germa- nos variis gau- dent privile- giis.*



## VI

privilegiato, (*Kauf und Handels - Gerichte*) imo, in quibusdam locis, vbi commercia in mari florent, in Iudicio nautico (*Admiraltaets - Gerichte*), et quae sunt alia iura, quorum catalogum hic addere supersedeo, vnum saltem vel alterum in foro saepius obueniens, hoc loco explicaturus.

## §. V.

r) *Immunitas a cautione pro expensis.*

Nimirum primo immunes sunt mercatores a *cautione praestanda pro expensis*, modo *tabernam* possideant publicam. Hinc mercatori Norimbergensi contra mercatorem Lipsiensem actionem instituenti, nulla iniuncta n. Fac. Lips. 1764. cautio, licet reus exceptionem cautionis opposuerat, et allegauerat, actorem extra Saxoniae fines habitare. Nam actor in continenti demonstrabat, quod nundinis Lipsiensibus tabernam publicam haberet, adeoque secundam dispositionem Ordinat. Saxon. Tit. XI. pro possessionato habendus, et a cautione praestanda exemptus esset. Aliter vero longe res se habet, cum iis, qui nulla publica taberna gaudent, sed merces a se fabricatas in suis habitationibus vendunt; etsi enim Ordinatio Processus modo dicta, mercatores indistincte a cautione liberare videtur, adeoque lege non distinguente, nec notum est distinguere; expresse tamen hoc privilegium tabernae publicae, non venditioni mercium, attributum est. Siquidem in tabernis plures merces quam in aedibus privatis exponuntur, adeoque securitas ratione restituendarum expensarum Processus, facilius obtineri potest.

## §. VI.

a) *Libri mercatorum probant plene inter mercatores, semiplene inter alios.*

Accedo deinde ad *Libros mercatorum*. In omnium *IC*torum ore quidem haeret regula: Scriptura pro scribente non probat. Sed ab hac, exceptionem in plerisque locis



locis praebent *Libri mercatorum*, qui in fauorem Commerciorum plene probant, modo a mercatore ipso, qui vir bonae fidei, non decoctor est, vel alio fide digno eius nomine sint conscripti; et iuramento confirmati, causaque mercatoria, cum die dati et accepti, sit inserta. In Saxonia Electorali vero tum demum plene probant, si lis est inter duos Mercatores, alias vero semiplenam saltem probationem faciunt, ita, vt mox purgatorio, mox supplementario occasionem praebeant. Ord. Proc. Rec. Tit. 30. §. 4.

## §. VII.

Annecto huic porro *ius prohibendi mercatoribus* <sup>3) Ius prohibendi habent.</sup> competens, ne opifices vendant merces a se fabricatas in nundinis hebdomadalibus. Acta quaedam haud ita pridem Collegio nostro offerebantur, in quibus opifex quidam in vrbe certa ius ciuitatis consecutus fuerat, alibi vero in pago habitabat, negotium quoddam cum tibialibus a se confectis gerens, eaque in vrbe nundinis hebdomadalibus vendens. Mercatores eiusdem ciuitatis hoc negotium aegre ferentes, a senatu, vt opifici talis venditio mercium inhiaberetur, desiderabant, vrgentes praecipue, non solum in resolutionibus grauaminum de ao. 1766. et in Mandato d. a. 1767. commercium in pagis restrictum esse, ne in detrimentum vrbium vergat; sed etiam ipsum principis aerarium damnum sentire, siquidem talis opifex dimidium saltem accisae intuitu mercium a se fabricatarum solueret; imo ius ciuitatis praesupponere, vt quis in loco eo actualiter habitaret, in quo tale ius nactus sit, cuius exercitium sibi arrogaret; inprimis autem ad exercendum ius opificii requiri, vt in hoc opificio eruditus, graduque magisterii exornatus sit. Licet vero opifex reponeret, se obtinuisse iura ciuitatis, ideoque vt ciuis, non vt in pago tegens, considerandus esset, nam onera ciuibus imposi-  
ta



## VIII

ta praestaret, ex quarum solutione ius ciuitatis colligeretur, licet actualis habitatio deficeret, adeoque a venditione mercium suae professionis in nundinis hebdomadalibus excludi non posset; inprimis cum noto notius sit, cuilibet permissum esse, in duobus locis domicilium constituendi; nec diminui principis aerarium, sed potius augeri, siquidem tam onera ordinaria, quam extraordinaria praestandi obstrictus sit; accedere et id, quod priuilegia et praerogatiuas ciuis impetrauerit a Senatu ciuitatis, licet ibi nec ignem nec focum haberet, denique a teneris aetatis annis in arte huius opificii a patre suo eruditum et bene instructum esse, multisque in ciuitatibus florentissimis suae professionis exercitium, vt discipulum excoluisse, vt quotidie aptus et dignus sit, ad magistri dignitatem in hoc opificio aspirandi. Tamen his rationibus, parum ponderis habentibus, commoueri non potuit Facultas nostra, vt album calculum adderet opificis praetensionibus; potius certis sub conditionibus mercatorum ius prohibendi approbavit sententia, M. Maii, 1773. lata:

*Als uns Acta Christian Carl L. und Cons. Klägere an einem, Christian F. Bekkten andern Theils betrl. nebst einer Frage zugeschicket, und Ec. denmach, daraus Ec. Ec.*

*Dafs Bekl. des beschehenen Einwendens ohngeachtet, und in Ansehung, dafs Klägern nach Mafsgebung ihrer Inzungs Articul. fol. 21. ein Verbietsungs-Recht wieder diejenigen, so nicht in W. sondern anderwärts wirklich wohnhaft seyn, ohngeachtet sie das Bürgerrecht in besagter Stadt erhalten, zusehet, des Feilhabens derer wollenen Strümpfe und Handsahuhe auf denen Wocheumärkten bey 20. Rthlr. Strafe sich zu enthalten, so wohl die disfalls verursachten Unkosten Klägern zu erstatten schuldig,*  
er



er könnte und wollte denn, daß er ein wirklicher ausgelernter zünftiger Strumpfwürker-Meister sey, in Betracht, daß; einem zwey Handwerker zu treiben nicht verwehret, besser als fol. 66. geschehen in Sächsl. Frist beybringen, dessen genösse er billig, und ergethet sodann, wenn er sein Versprechen, sich in W. häußlich niederzulassen, wirklich erfüllt, in der Sache ferner was Recht ist. V. R. W.

## §. VIII.

Minime vero hoc ius prohibendi sibi arrogare possunt opifices contra mercatores, materialia vel merces ab opificibus elaboratas, vendentes. Sic officia restionum et coriariorum contra mercatorem quendam oleum, cannabin, pixin et alias merces, quas haec opificia vendunt, vendentem agentia, licet ad statuta sua, in quibus eis ius prohibendi contra turbatores concessum, prouocarent, repulsam tulerunt, mercatore excipiente, sibi qua mercatori priuilegium omnes merces gerendi competere, et opificiis deficere ius prohibendi contra negotiatorem, quippe quod eis saltem contra alias eiusdem professionis personas in statutis allegatis indultum esset. En sententiam in Facult. nostra M. Mart. 1771. pronunciatam:

4) opificibus  
ius prohibendi  
denegatur.

Daß derer Klägerer Suchen, in Betracht, daß ihre angezogene Imungs Articul kein Verbiets-Recht wieder andere, so diesem Handwerke nicht zugethan seyn, in sich enthalten, Hingegen die Koufleute mit allen Wäaren zu handeln berechtigt seyn, solglich auch deren Handel mit Rühssen und Lein Oehl, Fischthran, Pech und Hanf nicht verwehret werden kann, keinesweges Statt findet, sie könnten und wollten denn ein Verbiets-Recht in Sächsl. Frist Beklagten der Gegenbeweis, Eydes delation und andere rechtliche

B

Noth-



*Nothdurft vorbehaeltlich, wie Recht erweisen, dessen genoesen sie billig, und ergethet sodann ferner, was Recht ist. V. R. W.*

Similem in modum iudicatum est M. Febr. 1770. contra opificium pellionum, quod eam ceperat audaciam, vt contra mercatores ius vendendi pelles et alias huius farinae merces exercentes, actionem negatoriam, sub tegmine, quasi hoc negotium contra sua statuta esset, eisque maximum detrimentum afferret, instituisset. Nam mercatores negantes, opificio competere ius prohibendi, potius sibi, qua talibus indultam esse praerogatiuam, omnes merces, etiam eas, quibus opifices ad exercendam suam artem et res fabricatas vtuntur, vendendi, optatam obtinuerunt sententiam:

*Als uus Acta das Kürschner Handwerk zu G. Kläger an einem, August Friedrich L. Beklagten andern Theils betr. nebst einer Frage zugeschicket, und etc. demnach daraus etc. Dafs Klägern ein Verbiethungs Recht wieder Bekl. dafs sie keine Rauch Waaren einzeln verkaufen dürfe, nicht zukommt, sie sind auch die disfalls verursachten Unkosten demselben zu erstatten schuldig. V. R. W.*

Rat. Dec.

*Ob wohlen das Kürschner Handwerk in denen Gedanken stehet, dafs es mit Rauchwerk und Fehe zu handeln allein berechtiget sey, mithin Beklter, als ein Kaufmann, solche Waaren im einzeln zu führen sich nicht unterstehen dürfe, allermassen eines Theils in Rechten ausgemacht, dafs jeder Handwerksmann die von ihm gefertigten Wäaren, als ein Schuster seine Schuhe, ein Leinweber seine Leinemand, ein Klipper seine Laternen und andere Sachen selbst zu verkaufen, und damit auf öffentlichen Märkten in Gewölbern oder*  
Bu.



*Buden einen Handel und Wandel zu treiben befugt sey, andern Theils ihrer Nahrung zum Nachtheil und Schaden gereiche, wenn das Rauchwerk und Fehe einzeln verkauft werde, da denn ein Schneider, Hüter und dergl. daraus die Gebräme verfertige oder Mäntels und andere Kleidungsstücke unterfüttere, hingegen wenn solcher einzel Verkauf niemanden erlaubet, der Kürschner allein solche Kleidungsstücke verfertigen müsse, drittentheils das publicum darunter leide, indem viele schlechte Waaren eingeschleppt, und den Schneidern Gelegenheit gegeben würde, ihrem Handwerke durch Unterfütterung mit Rauchwerke ihren Inungs Articulu zuweider, Abbruch zu thun, gestalten in ihren 1719. confirmirten, Inungs Articulu §. 15. sec. fol. 14. enthalten, das die Schneider, Hutflaffirer und andere Personen um 2. fl. bestraft werden sollen, wenn sie sich unterstehen, Rauchwerk zu unterfüttern oder zu verbrämen, oder auf Jahrmärkten in Buden feil zu haben, es mögen Mützen, Mütze, alte oder neue Manns und Weibes Pelze seyn:*

*Folglich Bekl. ebenfalls als ein Kaufmann mit seinen Rauchwaaren und Fehe Handel zu treiben abstehe müsse, zumalen er bereits vor etlichen Jahren 1764. sothanen einzelnen Handes zu unterlassen, sich fol. 2. erkläret, und Klrn. die damals aufgelaufenen Unkosten wieder restituiret; Mithin da ad iura renunciata non detur regressus, nicht wieder itzo dergl. Handel von neuem anzufangen, sich unterstehen dürfe, diessennach das Beklter cum expensis zu Enthaltung des Verkaufes mit Rauchwerk und Fehen zu condemniren sey, es das Ansehen gewinnt.*

*Dennoch aber und dieweil Klägere nicht in Zweifel ziehen, das Bekl. ein ausgelernter Kaufmann sey, dieser aber mit allen Waaren, welche ihm in specie nicht verboten, und contrabanden genennet werden, zu handeln berechtiget ist,*



Hiernächst Klägere Handwerks-Leute seyn, welchen wieder einen Kaufmann er mag en gros oder einzeln handeln, kein Verbiethungs-Recht zukommt, sondern solches allenfalls denen Kramern zuständig wäre, welche aber, wie ex Actis zu ersehen, keine Innung in G. zu haben scheinen, Ferner einem Handwerksmann zwar mit den Waaren, welche er durch seine Kunst verfertiget, Handel zu treiben, erlaubt ist, dieses aber auf die rohen Materialia, aus welchen diese Producta als Mütze, Mützen, Hüte, Pelze u. s. w. fabriciret werden, keinesweges zu erstrecken ist, und noch unerhöret, daß ein Tischler, Zimmermann, Schneider, Schuster oder anderer Handwerksbesitzener einem dritten Mann mit Bretern, Tuchen, Leder oder anderen Waaren, daraus seine Arbeit verfertiget wird, zu handeln verwehren könne; wie denn die Innungs Articul. §. 15. kein Ius prohibendi wider Kaufleute, sondern nur andere Handwerker, als Schneider, Hutmacher und andere, so Rauchwerk verfüttern, oder damit Gebräme machen, geben, Nächstdem ein bloßer Handwerks Neid gegen die Schneider und Hutstasser in diesem Streite verborgen lieget, dieser aber einem Kaufmann nicht zum Nachtheil gereichen kann, daß er von Führung einer Waare ablassen müste; Wenigstens dem publico eirerley seyn kann, ob ein Kaufmann oder Handwerksmann eine Waare verkauft, auch nicht zu befürchten, daß schlechte Waaren eingeschleppt werden möchten, indem solche bey beyden wenig Abgang finden würden, und ein Schneider und Hutstasser jederzeit Gelegenheit haben kann, so wohl bey dem Kaufmann als Kürschner Rauchwerk zu erhandeln, Uebrigens die fol. 2. von Bekkten beschehene Erklärung ihm, da er durch das fol. befindliche einseitige auf confiscation der Waaren und auf fälschliches Beziehen auf die Handwerks Innungs Articul und Ius prohibendi, welches



ches doch nicht vorhanden ist, gerichtete Anbringen, und ohne angestellte causae cogition durch sub et obreptiue erschlichene Auflagen, aus Unwissenheit seiner Befugnisse, übereilet worden, nicht praciudiciren mag; So ist etc.

## §. IX.

Coronidis loco addam, quod is, qui in societate mercatorum cooptari contendit, docere debeat, quod sit mercator rite instructus, (ein ausgelernter Kaufmann) nec candidato ea de causa ea facultas instituendi actionem iniuriarum contra Collegium mercatorum competit. Namque omnia Collegia ius habent in facultates eius, qui in membrum recipi optat, inquirendi, an dignus sit, iisque instructus viribus, quae ad exercendum Collegii negotium requiruntur. Nec sufficit affectare quandam qualitatem, sed necesse est, vt demonstretur id, quod quis de se profiteretur. Hinc Meuius cum ante aliquot annos Collegio mercatorum ciuitatis adscribi flagirasset, mercatores vero ei obiiciebant, quod sit mercaturae ignarus et acicularius, ideoque antea docendum esset, quod mercaturam didicisset, nihil obtinuit, licet actionem iniuriarum instituens, suam existimationem maxime laedi, et mercatorum animum iniuriandi ex eo in continenti patere, assereret, quia quaestionem status ei mouerent, cum tamen per decem annos mercaturam iam exeruerit. In promptu est sententia Fac. Lips. M. Martii 1765.

5) Legitima-  
re se debet  
Candidatus  
mercaturae

*Dass Klgrs auf Abbitte und Ehrenerklaerung, auch Einnahme in die Kaufmanns Innung gerichtetes Suchen in Erwae-  
gung, dass jedes Mitglied, so in ein Collegium aufgenommen*



*men zu werden verlangt, daß es die gehoerigen Eigenschaften, so dazu erfordert werden, besitze, sich zu legitimiren verbunden, auch Klägern das von der Leipziger Kaufmannschaft ertheilte Gutachten, wie er vor einen ordentlich ausgelernten Handelsmann nicht zu achten, wieder sich hat, keinesweges statt findet &c. &c.*

Plura vt hoc loco proponam, impedit CANDIDATI nostri PRAENOBILISSIMI desiderium, gradum Doctoris consequendi. Quare pedem hic figam, natales eius et vitam hactenus cum laude gestam delineaturus.

Procreatus nempe est PHILIPPVS HENRICVS LASTORP, Hamburgi, celebri Saxoniae inferioris emporio, anno huius saeculi quadragesimo octauo, patre PHILIPPO HENRICO, Iurium Doctore, quem vix primum infantiae annum egressus, fati iniuria amisit. Matrem veneratur DORTHEAM ELISABETHAM e gente Nouifadiorum, quae eum a teneris vnguiculis omni caritate fouit, quamque vt Deus optimus Maximus diu adhuc saluam sospitemque sibi conferuet, ac viridi vegetaque senectute, secundo vitae, sine vlla offensione, cursu frui patiatur, peroptat. Ab hac optima matre, cui post Deum omnia se debere, ingenue profitetur, primum institutioni domesticae fidelissimorum Magistrorum traditus, qui sibi verae pietatis cultusque religiosi censum, et prima litterarum rudimenta instillarent, posthaec ad Gymnasium Vrbs patriae accessit, ibique per quinquentium fere viros REIMARVM. WUNDERLICHIVM, BVSCHIVM, SCHÜTZIVM et NOLTINGIVM praeceptores habuit, qui non modo ad omnem humaniorum disciplinarum ambitum, et imprimis graecarum latinorum



rumque litterarum perfectam cognitionem ei viam apperuerunt, verum etiam primas Dialectices regulas, et Iuris ciuilibus Elementa tradiderunt. Atque sic praeparatus Anno MDCCLXVIII. Chilonium bonarum artium domicilium sedemque celeberrimam se contulit. Hic prima omnium curarum fuit Philosophiae et Matheseos perdiscendae studium, cuius causa CHRISTIANI scholas elegit, eiusque etiam dialecticis exercitationibus interfuit. Hinc animo ad iuris vniuersi praecepta imbibenda conuerso, inclytos illius almae Philureae doctores eam ob causam sectatus, iuris naturae, ciuilibus, germanici, canonici, criminalis, publici et feodalis campos emensus est, ducibus formulamque praecuntibus Viris GADENDAM, WINKLERO, et FRICKIO, quorum omnium merita et singularem erga se benevolentiam familiari etiam consuetudine sibi demonstratam, gratissima mente agnoscit. Biennium ibi commoratus anno MDCCLXXI. huc Lipsiam venit, in discipulorum numerum relatus a Magnifico PLAZIO, qui tum fasces Academiae gerebat. Atque hic quidem SAMMETIVM et SCHOTTIVM doctores habuit, illum Iuris Naturae et Pandectarum doctrinam tradentem, hunc autem Iuris Germanici principia praedegentem.

Iam studiis Academicis ad finem perductis, ab Ordine nostro Doctoris in vtroque iure titulum honoresque honeste petiit. Vt itaque voti sui compotem eum redderemus, examina consuetata cum eo instituimus, quibus superatis, cathedram ei aperuimus vbi l. 4. C. de aedificiis priuatis interpretatus, defensionem Disputatione publica de *Saluiano Interdicto* sub Praesidio Viri Excellentissimi et Consultissimi D. IOSIAE LVDOVICI ERNESTI



XVI

STIPÜTTMANNI, Prof. Iuris Ordin. et Fac. Iur. Assessoris, Iura Doctorum nostrorum, excepto saltem suffragio in nostra Facultate, a Viro summe Reuerendo, Illustri et Magnifico Dno. D. FRIDERICO GOTTLIEB ZOLLERO, Cod. P. P. Eccles. Cathedr. Martisb. Capitul. Curiae prouinc. suprem. nec non Fac. Iur. Assessore, et Academiae Decemuiro, cui hoc munus Promotoris, qua Pro-cancellarius, demandauit, impetrabit. Cui solennitati, VIRECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLUSTRISSIMI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, IUVENES denique GENEROSISSIMI AC NOBILISSIMI sedulo interesse ac sua praesentia decus et splendorem addere velint, ea, qua decet, obseruantia et amicitia oro rogoque. Dabam Lipsiae IV Nov. MDCCLXXIII.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



P. 388





ULB Halle  
003 935 957

3




56.











1773, 57

12

P. 265

PROCANCELLARIVS  
D. TRAVGOTT THOMASIVS  
HEREDITARIVS IN ABTNAVENDORF  
FAC. IVR. LIPS. SENIOR  
SOLEMNIA INAUGVRALIA  
PRAENOBILISSIMI CANDIDATI  
PHILIPPI HENRICI LASTROPII  
HAMBVRGENSIS  
DIE IV. NOVEMBR. MDCCLXXIII.  
PVBLICE CELEBRANDA  
I N D I C I T.

THEMA  
*De Mercatorum priuilegiis.*

